



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

23 Canonici miſi ad limina Apostolorum, vel ad eadem limina Episcopos
comitantes distributiones quotidianas non amittunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

marum & ad residendum in ecclesia parochiali, & ibi in divinis deserviendum, debitoque eorum officio fungendum teneri, & obligatos esse, ac id per Episcopos, & aliorum locorum ordinarios tanquam Sedis Apostolicæ delegatos sub sententiis, & censuris Ecclesiasticis, & pecuniariis arbitrio eorum declarandis, ac etiam privationis dictarum parochialium, & aliorum quorumcunque beneficiorum personis, quacunque appellatione remota, & quamvis alia habeat beneficia personalem residentiam requirentia, cogi & compelli possunt, ac debent, ut in const. Pij. V: cupientes, & cap. I. in Bull. cap. 64.

13. ¶ Et sunt cogendi ad habitandum in domo ecclesie, vel si ecclesia domum non habeat in propinquiore intra limites parochiae, alias tenetur ad restitutionem fructuum, de quibus in eodem cap. I. sess 23. & ita censuit congreg. concil. super eodem cap. §. cong. censuit.

14. Dignates, & canoniciatus in cathedralibus, vel collegiatis ecclesiis obtinentes, & ultra tres menses contra coac. Trid. dispositionem non residentes, primo anno dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, & residentie suos fecissent, sunt privandi; de distributionibus quotidianis tamen absentes adeo sunt privandi, ut si quis de eisdem quicquam percipere presumit, excepta infirmitatis, aut alia iusta, & rationabili corporali necessitate, aut ecclesia evidenti utilitate debeat excusari, eosdem fructus non faciat luos, sed ad 25.

Primò, tamen legi permissione, qua per tres menses abesse possunt, conc. Trid. in dict. c. I. §. quoniam autem, sess 23. de resor. non tamen canonici omnes, vel maxima eorum pars possunt abesse eodem tempore, ne ecclesia suo debito servitio destituatur, sed tantum ea quota pars canonorum, quæ videbitur arbitrio Episcopi, & capituli. congreg. conc. super eod. c. 12. in 22. ver. tres menses, tamen licet impunè abesse possent, distributiones tamen non percipiunt, sed illas amittunt, congr. conc. super d. c. 12. in decis. sub tit. Mediolanen. Gadiden. Quæ illæ temporibus vacationum esse debent pro canoniciis, qui servire volunt, ut in eisdem declarat, sub verb. tres menses, & distributiones.

Secundò, canonici missi ab eorum Episcopis ad limina Apostolorum eorum nomine, vel, comitantes ipsos Episcopos ad eadem limma, qui ex decreto Sixti Papæ V. distributiones quotidianas lucrantur, ut testatur congreg. concil. in declarat super eodem c. 12. in verb. fructuum, §. canonici.

Tertiò, tamen lucrantur etiam distributiones quotidianas, qui curam animarum exercent, quæ illi ecclesie imminent, dum tamen sunt in actu administrandi sacramenta, vel alia exercendi, quæ spectant ad ipsam curam, quia, tanquam prælentes in choro habentur, ut per eandem sacr. congreg. fuit declaratum super eod. c. 12. in verb. recipient.

Quartò, tamen qui ex causa legitima comprehensa in cap. unic. de cler. non resid. in 6. ab Episcopo excusat. à residentia chori sine consensu capituli, de cuius interesse agitur, sive sit canonicus, sive capellanus, ut in declarat. super eodem cap. 12.

Ggg in dec.